



V, 82.

2.417a



CVRIAM  
REGNITIANAM  
NON. NVLLO. IVRE  
**HERMVNDVRORVM**  
COGNOMINANDAM  
DISSERIT. XVI

VT  
SERENISSIMO. PRINCIPI. AC. DOMINO  
DOMINO  
**F R I D E R I C O**  
MARGGRAFIO. BRANDENBURGI. DVCI. BORVSSIAE  
RELIQVA  
SIDERI. TEMPORA. PER. HAEC. NVBILA. CANDIDISSIMO  
**D E . D I E . N O M I N A L I**  
D. VII. MART. A. R. S. ccccccclviii  
H. L. Q. C  
PIE. GRATVLANTES  
BENEVOLE. AVDIANT  
QVOT. QVOT. IAM. TENET. VRBS  
LITERARVM. FAVTORES  
QVA. PAR. EST. OBSERVANTIA. ROGAT  
CVRIANI. RECTOR  
**PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS. A. M**  
CAESAREAE. FRANCISCEAE. LIBERALIVM. ARTIVM. ACADEMIAE. CONSILIA.  
FAC. PIIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IENENS. LATIN. SOC.  
HONORARIVS

CVRIA. REGNITIANAE  
LITTERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII  
GYMN. TYP

## Pars II.

QVINAM SALTVS HERMVNDVRORVM TERRAE  
FINES NATVRALES?

## Index dictorum.

- |                          |                             |
|--------------------------|-----------------------------|
| §. I. Num saltus?        | §. V. Num GABRETA?          |
| §. II. Num quiuis?       | §. VI. Num HERCYNIVS in ge- |
| §. III. Num SVDETORVM?   | nere?                       |
| §. III. Num FICHTELBERG? |                             |

## §. I.

Arboribus suis horror inest, 1.) si densius consitae adeo opacant humum, ut vel ipsi fontes pellucidissimi adpareant nigri. Non tamen quodlibet nemus ita atrum, ut horreat umbra, et alterum alterius arceat finibus, quin sit silua, qua olim Germania nostra in vniuersum horrida 2.) et magna ex parte inuia, 3.)

## §. II.

Silua autem infinitae magnitudinis est pro nativo muro obiecta, ut gentem ab alterius gentis iniuriis incursionibusque prohibeat. 1.) Nam vel adhuc exercitus numerosissimi formidant saltus, quippe qui furtis belli mirum in modum fauent, nec facile in eos penetrant non secus, ac si esent inuici atque clausi, praesertim si simul, ut plerumque, montibus asperi. iam cum mens mea non dum est hylagraphiam HERMVNDVRORVM componere, quae impleuerit plures paginas, quam quidem iam vacant, quoniam eorum regio patientissima arborum et valde frugifera; satis habeo, istos saltus nominare, qui HERMVNDVROS ab aliis dirimunt, maxime tum regionum termini, 2.)

## §. III.

- 1.) Ut cecinit Lucanus Pharsal. Lib. III. vs. 411.
- 2.) Tacito de Sit. Morib. et Popul. German. Cap. V. n. 1.
- 3.) Melae de Sit. Orb. Lib. III. Cap. III. p. 250. Ed. Gronouianae.  
§. II. 1.) Quae sunt verba rei militaris peritissimi priscorumque da-

cum sagacissimi non minus quam prudentissimi Iulii de Bell. Gall. Lib. VI. Cap. X. n. 5.  
2.) Ut censuerunt ab Eckhart de Reb. Franc. Orient. Lib. I. §. X. p. 7. et Ill. de Iusti de Expedit. Rom. in Germaniam §. XXXII. p. 31.

## §. III.

SVDETORVM dorsum, quantum quidem fuerit, tegit vel in hunc vsque diem silua continua et pro conditione nostrae tempestatis densissima atque opacissima. 1.) Cingit autem isthoc Bohemiam a latere HERMVNDVRORVM. 2.) Ita vero 3.) in Thuringia exsurgere nequit, et simul effusis Visurgi, 4.) Sala, Moeno, Egra ac Nauo 5.) amnibus Bohemiae latus occidentale cingere ad Danubium, 6.) ni ea est Thuringia, quae se medio aeuo ad Danubium vsque extendit, 7.)

## §. III.

Quantum autem FICHTELBERG noster 1.) distat ab illo prisci aeu, si quidem eius silua hinc inde fuit excisa, vbi olim ferrarum lustra, iam ab hominibus culta atque coarctata; non dum tamen honore suo adeo orbatus est, quin vertices eius vel vt comati adpareant. Frequentia villarum qua qua versum circa istud iugum 2.) reut rodeue 3.) praferentium, quippe quae ab exsindenda silua nomen fuerunt sortitae, abunde arguit, 3.) quanta latitudo ac longitudo istius saltus fuerit, vt moeniis altissimis et aheneis praestiterit.

Z 2.

§. V.

- |  |   |
|--|---|
| 1.) Quod docent P. prior huius Intercessionis §. III. extr.<br>2.) Quod dubitante conuincat idem §. III.<br>3.) Quae sunt ipsa verba Clauerii German. Antiq. Lib. III. Cap. XXVIII. unde transcripsit, quamvis eum haud nominat, Brechenmacherus Notit. Antiq. Sueu. §. XIII. nota o) in Consultis. Wengelini Theſ. Rer. Suenic. Tom. I. p. 81.<br>4.) Quae longe hinc oritur. Vid. Junkerum Geograph. German. Med. Aeu. P. II. Cap. II. Sect. I. p. 140.<br>5.) Quorum ortum monstrauit Parte priori §. IIII. | 6.) Quod est Fichtelberg, vt adpareret ex Partis superioris §. IIII.<br>7.) Ex indicio Eccardi ad Leibnitii Origines Francorum §. VIII p. 250.<br>§. IIII. 1.) De quo eadem P. priori §. IIII.<br>2.) Quae denuo huc cogere, non est opus, modo si haud grauatim respicias ad §. XXXVII. libelli, quo demonstravi, Curiam Regnitanam Serenis. Burggraf. Norimberg. Aug. Hohenzoller. Stirp. citius, ac vulgo creditur, fuisse urbem.<br>3.) Quod istas adpellationes indicare, iam indicauit Junkerus Geograph. German. Med. Aeu. P. II. Cap. II. Sect. II. p. 144. |
|--|---|

## §. V.

Hanc, sunt, 1.) qui faciunt 2.) τὴν ΓΑΒΡΗΤΑΝ sive 3.) ΓΑΒΡΙ-  
ΤΑΝ, ni potius priscis plane incognitam, 4.) saltē nomen Pini-  
feri renuituris. 5.) Cui minus haec placuerit sententia, transierit  
in aliorum cum istis Sudetis 6.) iungentium hanc et ad Thuringi-  
cum saltum extendentium, 7.) veletiam pro Hartica habentium. 8.)  
Cuicunque subscribas, teget latus HERMVNDVRORVM.

## §. VI.

Contigeruntne vero HERCYNIAM siluam HERMVNDVRI?  
Colligas hoc ex Caesare scribente; 1.) Huius Hercyniae siluae - - -  
latitudo VIII. dierum iter expedito patet. - - Oritur ab Heluetio-  
rum 2.) et Nemetum et Rauracorum finibus, rectaque fluminis Da-  
nubii

- 1.) Althamerus ad Taciti German. Cap. V. n. 1. Cap. XXVIII. n. 4. et Cap. XXXXII. n. 2. Cluverius German. Antiq. Lib. III. Cap. XXVIII. Lehmannus Theatr. Hist. Memorabil. Misn. Montan. Super. Sect. I. Cap. II. p. 7. seq. Pregizerus de Gent. et Regn. Europ. ex Suevis Contin. Th. XX. in Consultissimi Wegelini Thef. Rer. Sueic. Vol. I. p. 271. Weinrichius de Primis Tractus Hennebergensis Incolis ac Pagis p. 5. Cellarius Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. V. § XXXII. Spenerus Notit. German. Antiq. Lib. II. Cap. III. §. V. et nota (h) p. 90.
- 2.) Strabonis Γεωγραφ. Lib. VII. p. 449.
- 3.) Ptolemai Γεωγραφ. ΤΦΗΓΗΣ. Lib. II. Cap. XI.
- 4.) Ex indicio §. V. Partis prioris huius Interlectionis.
- 5.) Quorum fax et tuba Agricola, cuius vestigia ego legens in prom-

tu habeo rationes, quae istam vul-  
gi Latinorum adpellationem in  
ius vocant, suo tempore in publi-  
cum exponendas.

- 6.) De quibus §. III.
- 7.) Quod fecerunt Cluverius German. Antiq. Lib. III. Cap. XXXVII. Durrius de Terra Aduocatorum Cap. II. §. I. Junkerius Geogr. German. Med. Aeu. P. II. Cap. II. Sect. II. p. 143. Spenerus Notit. German. Antiq. Lib. II. Cap. III. §. V. Weinrichius de Primis Tractus Hennebergensis Incolis ac Pagis p. 5.

- 8.) Ut censuit Eccardus de Orig. German. Lib. I. §. CVII. p. 234. et Lib. II. §. XII. p. 281.
- §. VI. 1.) De Bell. Gall. Lib. VI. Cap. XXV. non XXIII. quod citatur Cellario Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. V. §. XXXI.
- 2.) Hinc factum existimo, ut Ste-  
phanus περὶ Πολέων v. Ἐρινίου  
Ed. Beikel. p. 351. id δὲον ιτα-

nubii regione pertinet ad fines Dacorum et Anartium. hinc se flectit sinistrorsus, diversis a flumine regionibus, multarumque gentium fines propter magnitudinem adtingit, neque quisquam est huius Germaniae, qui se adisse ad initium eius siluae dicat, cum dierum iter LX. processerit, aut quo ex loco oriatur. Vindicat haec contra D. Voslii emendationem Metaphrastes Graecus: ὁ δέ τοι ἘΡΚΥΝΙΟΣ δῆμος, εὐέα μὲν ηγερῶν ὅδην ἀνδρὶ εὐζωντεῖν - - - απὸ δέ τῆς τῶν Ἐλβιτῶν καὶ τῶν Νεράγων, καὶ τῶν Ραιγάνων δεχόμενος χώρας, ἐρθίως διὰ τῆς ΠΡΟΣ ΤΩΙ ΙΣΤΡΩΙ, μέχρις ἐπὶ τὴν τῶν Δακῶν, καὶ τῶν Αναυρίων τείνει ἐπεῦθεν δὲ πρὸς αριστερὰν καμπτόμενος, τοῦ ΙΣΤΡΟΥ ἀποτρέπεται, διὰ τε τῆς πολλῶν ἐθνῶν γῆς μέγας φέρεται, οὐδεὶς δὲ ἐν τῇ Γερμανίᾳ ἐστιν, ὃς τις ἔχοντα ηγερῶν ἕδον κατὰ τὸ τοῦ δῆμου προελθὼν μήκος, η ἀκύνθας, η τὸν εὐγένη εἴσαντα τὸ τοῦ δῆμου τούτου πέρας λέγει. His paullo clariora Strabonis: 3.) ἐν ταυτῇ ἐσὶ καὶ ὁ ἘΡΚΥΝΙΟΣ δῆμος, καὶ τὰ τῶν Σουηνῶν ἐθνη, τὰ μὲν οἰκουμένη ἐντὸς τοῦ δῆμου, καθάπου τὰ τῶν Κολοσύλων ἐν ᾧ ἐσὶ καὶ τὸ Βουϊασμόν, τὸ τοῦ Μαρσούδου Κασίλειν, εἰς ὃν ἐπένεις τόπον ἀλλούς τε μετατίθεται πλείους, καὶ δὴ τοὺς ὄμοιοντες εἴσαντῷ Μαρκομανίου. - - - Πλὴν ταῦτα τῶν Σουηνῶν ἡσάει ἐθνη, τὰ μὲν ἐντὸς ὥκει, τὰ δὲ ἐκτὸς τοῦ δῆμου ὄμορφα τοῖς Γεταῖς. Omnium dilucidissima eiusdem: 4.) Νοτιοτίθειται ἐσὶ τὸν τοῦ ΙΣΤΡΟΥ πηγῶν καὶ αὐτῇ, καὶ ὁ ἘΡΚΥΝΙΟΣ δῆμος· ἡσάει τὸν ἀναγκητὸν τὸν ἐν τῆς Κελτικῆς εἰς τὸν ἘΡΚΥΝΙΟΝ δῆμον ἵεται, πράτου μὲν διαπεράσαι τὸν λίμνην, ἐπειτα τὸν ΙΣΤΡΟΝ, εἰτί γῆδι εὐπετετέρων χωρίων, ἐπὶ τὸν δύναμιν τὰς προβάσεις ποιεῖται δι' ἐργοποδίων. Quantum autem haec lunt corrupta; 5.) non tamen tantum, vt ne inde adpareat liquido, HERCYNIVM saltum fuisse Danubio contaetum. 6.) In huius ripa agebant HERMVNDVRI. 7.)

Z 3

Conti-

lias adpellet, aequa ac Etymologicum Magnum Ερυνίος δῆμον dicat τὸν τῆς Ιταλίας. Fuerunt ea Salmasio et aliis suspecta, ut surrogarent Gallias vel Galatias, quibus non opus esse arbitror.

3.) Γεωγραφ. Lib. VII. p. 444 seq.  
Nec diuertunt Velleius Paterculus  
Hist. Rom. Lib. II. Cap. CVIII. n. I.  
et CVIII. n. 5. Tacitus Annal.

Lib. II. Cap. XXXXV. et Ptolemaeus Γεωγραφ. ἡ Φηγήτ. Lib. II. Cap. XI. in vnum coacti a Cluverio Germ. Antiq. Lib. III. Cap. XXXXVII. et Itero Iter. Itin. in Mont. Bructerium §. I. p. 5. seqq.

4.) p. 448 seq.

5.) Quibus sanandis medicam adhibuit manum Casauborus.

6.) In quo habeo consentientem II.

Contigerit igitur etiam eosdem saltus iste. 8.) ο δε ἘΡΚΥ'ΝΙΟΣ ἀγνοές πυκνότερος τε ἐσὶ, ναὶ μεγαλόδενδρος ἐν χωροῖς ἐρυμνοῖς eodem auctore. 9.) Quam tutus limes, eoque tutior, si 10.) Sudeti II.) sive Bohemicus saltus, 12.) si 13.) Fichtelberg, 14.) si 15.) Gabreta 16.) sint partes ramiae vastissimi illius HERCYNII saltus!

Timor

Instrisimum Comitem Buanium  
Hist. Imp. Teuton. P. I. Lib. I.  
p. 24. et 118.

7.) Quod docebit proxima huius intersectionis Pars §. III.  
8.) Ut iam censuerunt Glareanus Explie. Vetus, German Pop. ad Taciti German. Cap. XXXXII. n. 1. in Schardiani Operis Hist. German. illustrans Tom. I. p. 183. Cluenerius German. Antiq. Lib. III. Cap. XXXXVII. Lelmannus Theatr. Hist. Memorabil. Misn. Mont. Super. Sect. V. Cap. II. p. 193. atque Hist. Vniu. Orbis Terrarum Baumgartenio coepta a S. R. Semlero continuata P. XVII. Lib. III. Cap. XIII. Sect. I. §. V. p. 11.  
9.) p. 448.

10.) Ex sententia Albini Chron. Terr. Misn. Tit. I. p. 10. Cluenerii Antiq. Germ. Lib. III. Cap. XXXXVII. Naucleri Chronograph. Vol. I. Gen. XVII. fol. XII. Lehmanni Theatr. Hist. Memorabil. Misn. Mont. Super. Sect. III. Cap. I. p. 91. et Sect. I. Cap. II. p. 9 seq. vbi ntitur Dubrauio, Speneri Notit. German. Antiq. Lib. II. Cap. III. §. VI. Cellarii Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. V. §. XXXI. Vetteri ad Taciti German. Cap. XXVIII.

n. 3. Ill. de Iusti Expedit. Rom. in Germaniam §. XXXII. in nota subiuncta p. 32.

- 11.) De quibus satiis Parte priori §. III.
- 12.) Ex sententia Auentini Annal. Boior. Lib. I. Cap. VI. n. 25. Kranzii in Wandal. Lib. I. p. 6. Otelii Thes. Geograph. v. Hercynia, Albini Chron. Terr. Misn. Tit. I. p. 10. Speneri Notit. German. Antiq. Lib. II. Cap. III. §. VI. Vetteri ad Taciti Germ. Cap. XXVIII.
- 13.) Eccardi ad Leibnitii Origines Francorum §. VIII. p. 250. Meieri de Boiorum Migrationibus p. 2. 3. 7. seqq. Rochezangi de Isceren in Bohemia P. I. Cap. I. §. 2. Sommer Regn. Vannian. Cap. I. §. I. et III. de Insli l.c.
- 14.) Ex sententia Celtis de Siu et Morib. German. in Operis Hist. German. Antiq. illustrans, quod Schardii est, Tom. I. p. 447. cui calculum suum adiicit Albinus Chron. Terr. Misn. Tit. I. p. 10. item Althameri et Vetteri ad Taciti German. Cap. XXVIII. n. 3.
- 15.) De quo multa Partis prioris §. III.
- 16.) Ex sententia Oretlii et Cellarii §. XXXIII.
- 17.) De qua §o superiori V.

Timor praenuncius plerumque maiorum, quam eveniunt, calamitatum interceperat oratores, quibus auditores accitum ire ista iam prelo paraueram, debita pietate obituros quinquagesimum primum natalem tum **C E L S I S S I M A E P R I N C I P I S** patriae **M A T R I S O P T I M A E**, Pridie Idus Octobres diuturno morbo ante tempus occubentis, **F R I D E R I C A E S O P H I A E W I L H E L M I N A E** beatae memoriae. Nunc demum typis describantur ea exigentibus vel ut iure suo, ne nobis inuitis disciplinam nostram deseruisse videantur, quippe quibus eius modi tabulam negamus. Bona igitur pace transeant in scholas potissimum rei diuinae magistrorum, ultimus Fridericianae, priores Philyreiae, nutriendi stipendiis in studia erogandis impares.

**G E O R G I V S A D A M T H I E R M A N N V S** a Patre Optimo Ioanne Burcardo Kirchenlamitii Lamitio flumini adiacentis hinc ad secundum lapidem Cantore Indefesso adducebatur liberos inter manus vnicus ex schola patria in nostrae classem quartam simulque alumneum a. d. VII. Calendas Februarias anni p. C. N. cccccc. Quam bene ex eo collocarit animi sui dotes, sint documento binae orationes, quarum alteram ore patrio recitauit quarto post, quam in auditorium superius tribus abhinc annis sollenni examine fuerat introductus, mense in nataliciis **C L E M E N T I S S I M I** sibi suisque **P R I N C I P I S** de *Augustae Burggrafsorum Norimbergensium ex Hohenzolleran a stirpe prosapia flore*, alteram nunc sermone Iudaeae exordietur, Chaldaeae benevolentiam audientium capiet, Teutoniae nostrae exsequetur, *quae cum maxime experimur omnes, belli patriam nostram ad modum adfligentis mala esse tolerabiliora, dum supereft, qui summae rei praeft, P R I N C E P S P R A E S T A N T I S S I M V S.*

**C H R I S T O P H O R V S S A L O M O N R E N N E B A V M I V S** Ioannis Gottofredi, dum viueret, Iuris Peritissimi, Senatoris Spectatissimi, praematura morte tantum absuit, vt a studiorum studio reuocari se pateretur hic natu minimus, vt potius per decennium numquam extra oleas vagaretur, quin constantiae suae specimina in publicum ederet sua sponte lubens. Anno, quo gymnasii primo ordini adscriptus fuerat, pro eiusdem rostris in Martinib[us] vindicabat Latine *vocationem Megalandri nostri ad reformationis*



*tionis opus diuinam internamque.* Anno post athenaei nostri inaugurationem ante CCXI. annos factam memoria reuocaturus Germanice prorsa, quod eo vsque a Martis insultibus Musae manserant immunes, acceptum ferebat vrice indulgentissimo Numini, cui instar omnium atque, quos nobis conciliauit, SERENISSIMO NVTRICIO, Maeccenatibus Musageris, Inspectori Grauisissimo, Amplissimo Patrono et aliis almis eorum res de meliori commen-dabat vorsa. Iam iterum Latine monstrabit Deum in bello.

JOANNES ROCHVS ECKHARTVS, quem Curiae nostraræ natum, Doelauii vicini nutritum, filium vnicum a. d. III. Idus Iunias anni CIOICCLVI. Petrus Pater Probus Puhlii Generofissimis a re familiari in disciplinam tradidit nostram, cui ante tempus subduxisset adolescentem, qui inde auocantes non audiuit audiens dicto eorum alias promtissime, fors tenuior, ni lautiorem ei obtulissent Penates Splendidissimi ordinis sacri Curiani Praeful-lis longe Grauisissimi atque Excellentissimi. Iam folidis curis soluto se plane studiis adserere erat integrum. Neque id in casum, quin moribus aequa ac studiis in dies proficeret. Cum ipsis duobus commilitonibus in primanos cooptatus vna cum Rennebaumio eodem dicendi genere iisdem follennibus abstergere fatigebat maculam ab opere reformationis, quasi per iniudiam, ab Augustinianis ad Dominicanos translati indulgentiarum nundinationibus, fuerit suscep-tum. Iam carmine vernacula grates, quas potest maximas, quibus eas debet, agat animo, quo in quemque par est, deuoto, quibus colophonem imponent vota pro PRINCIPTE CLEMENTISSIMO.

His recitatis venia mili dabitur, vt penitus inquiram, qua de causa nobilium alii nomini suo gentilicio illud de praefigant, alii negligant, prius, quam ipsis hac tenus meis de schola nostra discedendi faciam potestateim.



Yb 4473

KD 18

ULB Halle  
006 302 904

3



2c





B.I.G.  
CURIAM  
REGNITIANAM  
NON. NVLLO. IVRE  
**HERMVNDVRORVM**  
COGNOMINANDAM  
DISSERIT. XVI

VT  
SERENISSIMO. PRINCIPI. AC. DOMINO  
DOMINO  
F R I D E R I C O  
MARGGRAFIO. BRANDENBVRGI. DVCI. BORVSSIAE  
RELIQVA  
SIDERI. TEMPORA. PER. HAEC. NVBILA. CANDIDISSIMO  
DE. DIE. NOMINALI  
D. VII. MART. A. R. S. CCCLXVIII  
H. L. Q. C  
PIE. GRATVLANTES  
BENEVOLE. AVDIANT  
QVOT. QVOT. IAM. TENET. VRBS  
LITERARVM. FAVTORES  
QVA. PAR. EST. OBSERVANTIA. ROGAT  
CVRIANI. RECTOR  
PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS. A. M  
CAESAREAE. FRANCISCEAE. LIBERALIVM. ARTIVM. ACADEMIAE. CONSILIAE.  
FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IENENS. LATIN. SOC.  
HONORARIVS

CVRIA. REGNITIANAE  
LITTERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII  
GYMN. TYP